

3482.

1340 d. 28 April.

Stockholm.

HENNIKIN BÖLE och LARS WELLINGÖNE, borgare i Lödöse, sälja för 80 mark penningar till Birger Magnusson ett hus vid Köpmansgatans port, som Konungen af Sverige till dem försålt för samma summa.

L. Sparres saml. afskr. i K. Riks-Arch. Sign. J. 6, f. 204. v.

Omnibus presens scriptum cernentibus, HENETINUS [ɔ: HENECHINUS] dictus BÖLE nec non LAURENCIUS, dictus WÆLLINGÖNE ciues lydusonenses, salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi per presentes, nos nobili viro et honesto presentis exhibitori Byrgero Magnuson, domum lapideam, iuxta portam platee mercatorum scitam, (!) cum omnibus condicionibus, quibus ipsam domum, magnificus ac preclarus princeps, dilectus Rex Svecie, dominus noster, pro octingentis marchis denariorum soluebat ac dimiserat nobis, pro octingentis marchis vendidisse, atque sub perpetua possessione, cum omni iure ciuili, rationabiliter dimisisse. In cuius testimonium, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Stocholmis Anno domini M. CCC. XL. sexta feria proxima, ante festum Philippi et Jacobi Apostolorum.

Sigillen hafva, enligt ritningen, varit borta.

3483.

1340 d. 3 Maj.

Lund.

Riddaren JAKOB JÖNSSON af Markie gifver till det altare, han till Aposteln Jakobs och S:t Katerinas ära stiftat i Lunds domkyrka (i kapellet öfver norra trappan), sina gods i Kabbarp i Bara härad, en gård i Fjelingslöf i Skytts härad, samt en gård i S:t Stephani församling i Lund till boställe för altarets prest, hvilken utses af honom sjelf, så länge han lefver, och sedermera af Årkebiskopen; förbehållande sig vissa messor årligen för sin, sin hustrus och sina föräldrars själär; samt gifver Kanikerne i Lund för 2:ne årsbegångelser en gård i Önsvala, med föreskrift om utdelningar, m. m.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch. *)

Vniuersis presentes litteras visuris vel audituris, JACOBUS JÖNNESSON de Markøghe miles Salutem in domino sempiternam. Constare volo presentibus et futuris, me ad altare beatorum Jacobi apostoli et Katerine virginis in ecclesia lundensi, de voluntate venerabilis in christo patris, ac domini. domini petri lundensis archiepiscopi swecie primatis, et honorabilis Capituli sui lundensis, in remedium animarum mee et dilecte consortis mee Margarete, nostrorumque parentum, per me constructum bona mea omnia et singula in

*) Brefvet är af fikt mycket skadadt, så att kanterna på alla sidor äro bortmultnade. Skriften är dock behållen. — I Registr. Eccl. Lundens. perg. är detta bref intaget, pag. 179, med följande överskrift: »Institucio altaris beati Jacobi in capella super gradus aquilonares per dominum Jacobum Jönsson de markie cuius anniversarium tenetur de vna curia in othensware», — samt vid slutet tillagd anmärkning: »Iste littere sunt duplate. Et nota. quod de curia anniversarii de qua in fundatione dicitur sunt due littere in littera G.» (af år 1364 och 1426).